



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Fasti Mariani

**Brunner, Andreas
Pfeffer, Wilhelm**

Antverpiæ, [1659 erschienen] 1660

S. Ivlianvs M. 9. Ianuarij.

urn:nbn:de:hbz:466:1-42032

S. IVLIANVS M. 9. Ianuarij.

IVLIANVS unicus parentum clarissimorum filius primam ætatem Musis consecravit. Ex virgines in clientis sui pectus amorem virginittatis cum literis instillarunt. Sed obstiterè votis parentes, castas aures Hymenæo identidem pulsantes. Itaque à cælo antè per somnum armatus BASILISSAM duxit. Verùm precantes thalamo cælestis primùm odor afflavit; mox de servando pudore piè sermocinantibus cum MATRE aliisque Cælitibus CHRISTVS supervenit, qui & audentibus animos addidit, & utriusque nomina vitæ libro descripta ostendit. Ita virgo obiit BASILISSA; IVLIANVS verò etiam Martyr; qui dum ad ludibrium totâ urbe vinctus circumducitur, CELSVS, mali Iudicis non malus filiulus, conspicatur eum non tam inter lictorum, quàm Cælitum manus inambulare. Pedes proinde martyris complexus, & Christum puer non pueriliter, & ipse fassus, cum IVLIANO ad ignem damnatur. Sed virtus proba è flammis splendidior nimirum exit, crescitque, matre etiam Celsi ad Christû adductâ. Caput demum omnibus sub annum Christi ccc. xi. auferitur. Sed neque sic locus coronæ defuit. *Ex Sur.*

Qui igne Christi captus fuerit, talis fit, qualis esset homo solus super terrâ habitans, adeò nihil curæ est ei gloria & ignominia. S. Chryf. hom. 52. in Acta

S. MARTIANVS CONF. 10. Ianuarii.

NOvit MARTIANVS maximæ Ædi Byzantiæ præpositus orationem, quò cælos & certius,

B